



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

[Capvt II.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83000)

apparente aurora. Nomen eius in Latinis, Syris, Euthymio non inuenitur.

V. 36. Κατεδίδαν alii κατεδίδαν αὐτὸν numero singulari: Syrus כדן ורר & quarentes eum erant.

V. 37. Syrus: omnes homines parant te.

V. 38. Eamus, & αμρ, Syrus: וכלם הלהם. Ite. Cella καμπος alius exemplar: eis τὰς ἐγγύς καμπος τὰς πλεις. In vicinis pagos, & vrbes.

CAPVT II.



Iterum intrauit Capharnaum post dies, & auditum est quod in domo esset: 2. Et conueniunt multi, ita ut non caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. 3. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. 4. Et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum ubi erat: & patefacientes submiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. 5. Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. 6. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes & cogitantes in cordibus suis. 7. Quid sic loquitur? blasphemat. Qui potest dimittere peccata, nisi solus Deus? 8. Quo statim cognito Iesus Spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris? 9. Quid est facilius dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge, tolle grabatum tuum & ambula? 10. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico). 11. Tibi dico, Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. 12. Et statim surrexit ille: & sublato grabato abiit coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum dicentes, Quia nunquam sic vidimus. 13. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. 14. Et cum prateriret, vidit Levi Alphaei sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum. 15. Et factum est: cum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discubebant cum Iesu & discipulis eius. erant enim multi qui & sequebantur eum. 16. Et Scriba & Pharisei uidentes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? 17. Hoc audito Iesus ait illis, Non necesse habent sani medicos: sed qui male habent. non enim veni vocare iustos, sed peccatores. 18. Et erant discipuli Ioannis & Pharisei ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, Quare discipuli Ioannis & Phariseorum ieiunant: tui autem discipuli non ieiunant? 19. Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij nuptiarum quamdiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. 20. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. 21. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: aliquis autem supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit. 22. Et nemo mittit vinum nouum in vases veteres: alioquin dirumpit vinum vases, & vinum effundetur, & vases peribunt: sed vinum nouum in vases novos mitti debet. 23. Et factum est iterum cum sabbathis ambularet per sata, & discipuli eius caperunt progredi & collere spicas. 24. Pharisei autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt sabbathis quod non licet? 25. Et ait illis: Numquam legis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit & esurii ipse, & qui cum eo erant? 26. Quando introiit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit quos non licebat manducare, nisi sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? 27. Et dicebat eis, Sabbathum propter hominem factum est: & non homo propter sabbatum. 28. Itaque Dominus est filius hominis, etiam sabbathi.

IN CAPVT SECVNDVM

ARGVMENTVM.



Paralyticum sanat, de quo Matthæi 9. Luc. 5. Matthæum à Telonio vocat ad apostolatam. Matth. 9. Discipulos de ieiunio excusat. Matth. 9. Eosdem vellicantes præ fame spicas sabbatho defendit. Matth. 12. Syrus habet titulum ad v. 13. Adhibitionem tertia Dominica ieiunij. Inde ad v. 23. Matutinis Dominica tertia post resurrectionem. Hinc ad finem Hebdomade quartæ ieiunij. In Matthæo omnia exposita sunt, quædam in versibus hincinde notationes occurrunt.

Vers. 1. Iterum Capharnaum ingreditur Christus, ut conuersos firmet, alios conuertat. Stat enim ad ostium & pulsatur, Apoc. 3. Noctu ingressus, non enim animaduersa est eius præsentia, nisi cum esset eis ostium, vel ut quidem libri habent ἐν οἴκῳ. Magnam vero domum fuisse oportuit, turbæ capacem. Quod noster habet: post dies, quidam ut certior esset sententia numerum addiderunt, post dies octo, at non videtur adeo breuis fuisse Christi, per pagos & oppida peregrinatio, præsertim cum sabbathis doceret in Synagoga.

Post dies igitur, phrasi Hebræa dicitur, quæ duplex est. Nam solent dicere, vel ימים אחרים post dies; vel ימים אחרים à fine dierum. Hoc est interiectis aliquot diebus. Sic & Græci Act. 24. 17. δι' ἑνὸς ἡμερῶν interiectis pluribus annis.

V. 2. In Græcis habetur ὁ Ἰησὺς συνήγαγεν celeriter congregati sunt: quod & in Latino codice reperit Henricus, Confestim, sed reliqua Latina, & Syra omittunt.

V. 3. & 4. Obscura sunt verba. Neque ad ianuam. Græca elatiora ὡς μὴ δὲ χωρὶς, μὴ δὲ τὰς πύλας: ut cape-

rent, neque ea (loca) quæ erant ad ianuam. Sic Syrus כדן ורר aph la kedam thargila. Etiam coram ianuam. Itaque vestibulum, atria sub diualia, ipsæ vicinæ plateæ oppletæ erant multitudine. A quatuor autem fertur, quod morbi grauitas, cunctorumque resolutio membrorum commodam, & sine successu portationem flagitare. Offerre noster dicit quod est in Græco προσεγγίζω, appropinquare, quamvis nonnulla exemplaria habeant προσεβήκα, adferre.

V. 5. Cum vidisset fidem illorum. Aliorum fides commodat corā Deo, & interpellat, ut ait hoc Zwingli loco. Fili inquit בןי in quo in illū inter electos esse ostendit.

V. 6. Cogitare est Græc. διαλογίζεσθαι, quod est secum disputare, ratiocinari. (blasphemias)

V. 7. Græcus & Syrus textus. Qui hic sic loquitur.

V. 9. Ἀμαρτάν in quibusdam additur es, vt v. 5.

V. 13. Ad mare vadit, Matthæum, & negociatores ac publicanos capturus.

V. 14. Matthæus dicitur Alphaei אלפאיי chalphai, & אלוי vel אלוי, vel אלוי.

Telo-

Telonium Syriacè בֵּית מַכְשָׁא beth machesa, domus phariseorum.

V. 17. Καὶ ὁμοῦς ἄλλοι αὐτῶν secuti Christum sunt peccatores, alii codices ἡμεῖς & c. Sequebantur.

V. 16. Addunt aliqui codices ὁ δὲ δόσων & c. ὅμων, ita August. l. 2. c. 27. de consensu Evangelistarum.

V. 17. Sy us repetit: male, male habentes בֵּישׁ בֵּישׁ. Theophylactus & Euthymius addunt: εἰς ματαιότητα, quod nec in Latinis, nec Græcis, nec Syriacis exemplaribus legitur.

V. 18. Quidam pro Phariseorum discipulis legunt pharisei. Nam eorum discipulicerant, & ipsi Pharisei. Singularis & exprobratoria emphasis est in Syro דְּבַר הַפְּרִישִׁים verba phariseorum; & discipuli tui, vel, qui tibi. Quasi discipulorum errores omnino magni impudenti.

V. 19. Totam illam sententiam. Quanto tempore habes seculum sponsum, non possunt ieiunare. Syrus vnā negatione absoluit, tantum enim habet לֹא la, non.

V. 20. Syrus habet singulari numero. Illo die.

V. 23. Quædam exemplaria habent: *pregredi.*

V. 24. Quidam codices addunt: οἱ μαθηταί.

V. 25. Syrus, עֲסִיבֵנֶע egebant.

V. 26. Panes propositionis לחֶמֶת דִּמְרֵי לַחֲמַי lachma dephaturech demaria. Panem mensæ Domini. Atque ita eo tempore vocatos non dubito.

V. 28. Dominus est filius hominis etiam Sabbathi. Solus hoc loco Marcus habet. Sed Matthæus cap. 12. 5. cum manum aridam sanasset, ut constet sæpius illā Christum defensione usum. Nondū habet, hic Sabbathum abrogat, sed modum eius colendi ostendit. Quod etiam Caluinus contra suos notauit, qui legem per Ioannem abrogatam clamant. Ille vero causam non abrogati Sabbathi reddit: quod nondum velum templi scissum esset. Hebræi in Thalmud de Sabbatho non adeo superstitiosè obseruant. Periculum animæ pellit, Sabbathum requirit. Sic Maimonide Sabbath. cap. 2. & de circumcisione cap. 13.

CAPVT III.

Introivit iterum in synagoga: & erat ibi homo habens manum aridam. 2. Et obseruabat eum si sabbathis curaret: ut accusarent illum. 3. Et ait homini habens manum aridam, surge in medium. 4. Et dicit eis: Licet sabbathis benefacere, an male? an animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. 5. Et circumspectiens eos cum ira, contristatus super cecitate cordis eorum, dicit homini, Extende manum tuam: Et extendit: & restituta est manus illi. 6. Exeuntes autem pharisei, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent. 7. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum. 8. Et ab Ierosolymis & ab Idumæa & transiordanem, & quidam Tyrum, & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. 9. Et dixit discipulis suis ut nauicula sua discurreret propter turbam, ne comprimerent eum. 10. Multos enim sanabat, ita ut iruerent in eum ut illum tangerent quotiens habebant plagas. 11. Et spiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. 12. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum. 13. Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. 14. Et fecit ut essent duodecim cum illo: & ut mitteret eos predicare. 15. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiciendæ demonia. 16. Et imposuit Simoni nomen Petrus. 17. Et Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitru. 18. Et Andream & Philippum, & Bartholomæum & Matthæum, & Thomam & Iacobum Alphaei & Thaddæum & Simonem Cananæum. 19. Et Iudam Iscariotem qui & tradidit illum. 20. Et veniunt ad domum: & conueniunt iterum turba, ita ut non possent neg. panem manducare. 21. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniam in furorem versus est. 22. Et scriba qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant: Quoniam Beelzebub habet, & quoniam princeps demoniorum eiecit demonia. 23. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanas? 24. Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. 25. Et si domus super semetipsam dispartiat: non potest domus illa stare. 26. Et si satanas confurrexerit in semetipsum, dispartitus est, & non poterit stare, sed finem habet. 27. Nemo potest intrare in domum diripere, nisi prius eam diripierit. 28. Amen dico vobis, quoniam omnia duntaxat filijs hominum peccata, & blasphemia quibus blasphemauerint. 29. Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. 30. Quoniam dicebant, spiritum immundum habet. 31. Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserrunt ad eum vocantes eum. 32. Et sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quantur te. 33. Et respondens eis ait: Quæ est mater mea & fratres mei? 34. Et circumspectiens eos qui intornebant ei sedebant, ait: ecce mater mea & fratres mei. 35. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & soror mea & mater est.

Matth. 12. 9.
Luc. 6. 16.

Matth. 12. 14.
Ioan. 10. 39.

Matth. 10. 7.
Luc. 6. 13. &
9. 1.
Inf. 6. 7.

Matth. 9. 34.
& 12. 24.
Luc. 11. 15.

Matth. 12. 31.
Luc. 12. 10.
& 1. Ioan. 5. 16.
Matth. 12. 46.
Luc. 8. 19.

IN CAPVT TERTIVM
ARGVMENTVM.

Anata hominis manu arida pharisei cum Herodianis consilium contra Iesum ineunt. Ipse vero multis sequentibus de nauicula turbas docet. Matth. 12. Duodecim Apostolos legit. Matth. 10. A suis pro infirmo habetur, à phariseis in Beelzebub dicitur demonia eicere, quos ille refutat. Mater & fratres ad eum veniunt.

Historia de electione Apostolorum, venientibus cognatis, disputatione de demonum electione, ad v. 31. apud Syros legitur: *Dominecā deschatha ignis*. Hanc vero esse post pentecosten idem titulus indicat. דִּבְרֵי דִּבְרֵי דִּבְרֵי debathar pentecosti, post pentecosten, hoc enim Syri verbum retinent. Quæ autem apud eos sit dominica ignis, aut cur ita vocetur libenter discam.

Reliqua usque ad finem capituli leguntur Matutinis commemorationis deiparæ Mariam. Sic enim titulus habet.

V. 1. Quid dicitur *ἀνὴρ ἰτερον* in quibusdam Græcis, & Latinis desideratur, quin etiam Syra variant. Omnis est ea causa, quod putaretur non coherere cum præcedentibus. Sed retinendum est, & referendum ad v. 45. cap. 1. & v. 1. c. 3. nam post circuitum per pagos & castella, & doctum in Synagogis, ac domibus Evangelium, iterum ingreditur Synagoga Capharnaumensem: in qua homo fuit habens manum aridam. Syrus habet et verbum דִּבְרֵי דִּבְרֵי דִּבְרֵי debathar arefecit.

V. 2. Pharisei malitia, odio, auaritia obstinati obseruant, non ut miraculis ad Dei veritatem excitentur, sed an Sabbathis curaret ut accusandi occasione nacti cum diffamarent. Syrus habet: *erant* נִטְרֵי, quod forte est à Græco *νῆριον*. Sicut & נִטְרֵי נִטְרֵי נִטְרֵי nekad egumibi à נִטְרֵי quo leui metathesi videtur à נִטְרֵי oris inem duc. re.

V. 3. Maleuolus detractoribus non cedit in causa infirma dum tunc uti sese simulant, sed cum obseruari se noster,